

N. 47.

A. D. 1314

(31 marzo; Indiz. XII)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,26; larg. m. 0,22.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Lianora f. Iohannis de Carbonaria de Baro, uxor qd. Ugonis de Anna</i> , barlettana, prende a mutuo, per tutto il mese di settembre, dal Cantore <i>Guillelmus</i> , procuratore dell'Arciprete <i>Pascalis</i> e del Capitolo di S. Maria Maggiore, once 16, in <i>Karolenis novis argenti</i> ; e avendo per mundualdo il suo padre Giovanni, obbliga tutti i suoi beni e in modo speciale la quarta parte di una sua casa, esistente in <i>pictagio S. Sepulcri</i> , presso la casa del <i>Monasterio di S. Andrea</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnacione domini nostri Jehsu christi Millesimo Trecentesimo Quarto decimo. Regnante domino nostro. Roberto *etc.* Regnorum suorum anno Quinto Mense Marcii ultimo die eiusdem duodecime Indictionis apud Barolum. Ego Lianara mulier f. Iohannis de Carbonara de Baro uxor qd. Ugonis de anna barulitana Civis, Coram Iohanne de Leone Regali Baroli Iudice, Magistro Spina puplico eiusdem terre notarius et testibus subnotatis licteratis de eadem terra ad hoc specialiter vocatis et rogatis, a predicto Iudice legaliter inquisita et absoluta in tota huius scripti continentia consensu quoque dicti Iohannis patris mei et legitimi mundualdi. Tibi discreto viro; dompno Guillelmo Cantori Maioris Ecclesie Barolitane procuratori ut exstitit nobilis abbati Pascalis archipresbiteri dicte Ecclesie Baroli Recipienti tam nomine tuo quam procuratorio nomine et pro parte dicti archipresbiteri, et Capituli dicte Maioris Ecclesie voluntarie Guadium dedi et per sollempnem stipulationem promisi. me ipsa inde fide posita ut amodo per totum mensem Septembris proximo futuri. ego vel mei heredes demus et reddamus tibi seu dicto archipresbitero et Capitulo dicte Maioris Ecclesie vel alteri pro parte dicte Ecclesie presens Instrumentum sanum habentes in Karlenis argenti novis et iusti ponderis sexaginta per unciam computandis uncias sexdecim ponderis generalis. Quam quantitatem pecunie a te predicto procuratore pro parte dicti archipresbiteri et Capituli confiteor mutuo Recepisse et habuisse et ipsam tibi seu dicto archipresbitero et Capitulo dicte Ecclesie dare et reddere debeo ex dicta mutui in termino supradicto. Unde voluntarie cum consensu et auctoritate predicta anteposui et obligavi tibi Item recipienti *etc.* omnia et singula bona mea mobilia et stabilia presentia et futura ubicumque existentia, et specialiter quartam partem meam pro indiviso unius domus Sistentis in Civitate Baroli in pictagio Sepulcri a media pariete iuxta domum pascalis de laurecta et iuxta domum Monasterii Sancti Andree et iuxta viam, cuius domus relique tres partes similiter pro indiviso sunt petri de anna de Barolo cum potestate capiendi et vendendi incontinententer *etc.* Maioris quoque securitatis causa tibi predicto dompno Guillelmo procuratori nomine q. s. corporaliter iuravi ad Sancta dei Evangelia predicta